

reperiat, omiffas non effe. Supra enim jamjam probatum dedimus, vetuftiores, maxime Lutheri, cantiones reliquis omnibus anteponeudas effe. Adhæc iisdem fuma fanæ doctrinæ continetur, quam quidem improbare, vel faltem faltidire videntur, qui Odas, tanquam *Confefiones illius publicas* averfantur & fugiunt. Certe, quid animo coquerent, quid in doctrina de Cœna Domini machinarentur, & agerent Crypto-Calviniftæ in Saxonia, vel hoc uno prodiderunt, quod in hymnologio *Wittenbergensi* A. 1576. Oden illam : *Jefus CHriftus, unfer Heyland;* tanquam nimis Lutheranam, prorfus omiferant.

*Thef. XVI.*

**R**ecentiores, ut Lutheri, & æqualium, cantionibus bonitate fine dubio cedunt; fic non nifi probati, parceque, & caute, ufibus Ecclefie publicis funt adhibendi.

*Ex. 9.*

§. I. **Q**antum inter vetuftiores & recentiores discriminis intercedat, mutua eorundem comparatio demonftrat. Quotquot enim a Luthe- ro, hujusque æqualibus, funt profecti, DEVM immortalem! quem fpiritum, quam vim, quam præftantiam ostendunt. Tantum non a Numine ipfo dictatos putes, usque adeo cuncta in iis gravia, folida, devota, divina funt. In recentioribus contra, fi a rhythmorum forfan elegancia difcefferis, cætera fere infra mediocritatem funt pofita. *Quid est, CYPRIANVS inquit, in novis cantionibus, quo audeant palmam antiquis præripere? Fidei Christianæ capita frigidiffime attingunt, aures fine cordis commotione pascunt, fola modorum*